

## Auf Leben und Tod

*Um auf andere Gedanken zu kommen, geht MARCUS schließlich ins Kolosseum, wo gerade Gladiatorenkämpfe stattfinden.*

- In Colosseo multi homines gladiatores expectant. Dum intrant, stant, salutant, alii Barbatum gladiatorem clarum magno clamore incitant<sup>1</sup>, alii Syrum:
- 3 „Audi, Syre! Pete Barbatum gladio! Tu timore vacas, spera igitur victoriam, pugna, labora, sustine! Cuncti enim te observant!“  
Syrus autem stat, expectat, Barbatum petere dubitat – et Barbatus Syrum
- 6 observat. Itaque turba iterum clamat: „Pugnate tandem! Cur dubitatis? Quid cavetis? Num gladios timetis? – O dei, audite! Perdite cunctos gladiatores malos non modo Romae, sed cunctis locis!“
- 9 Tandem Barbatus Syrum gladio petit et iterum turba clamat: „Cave, Syre! Cave Barbatum!“  
Marcus neque clamat neque pugna gaudet, nam curis non vacat.
- 12 Dum Syrus et Barbatus alter alterum gladiis vulnerare student, Marcus de Fortuna, dea tam iniusta, deliberat: „Cur Cornelius pecunia abundat, cur Domitius pater divitiis caret?“
- 15 Cur ego ipse<sup>2</sup> Corneliam in tanto amore habeo? Cur sine Cornelia ne ludis quidem laetus sum?“  
Subito populus clamat: „Habet! Habet!“<sup>3</sup>
- 18 Syrus iacet, Barbatus victoria gaudet, turba victorem laetis clamoribus laudat. Marcus autem Colosseo cedit.  
Dum per vias ambulat, se ipse<sup>2</sup> rogat: „Cur hodie tam maestus es, Marce?“
- 21 Num nece Syri<sup>4</sup> doles? Num sine Cornelia spectacula non placent?“  
Sed ecce! Afra accedit et vocat: „Es laetus, Marce! Habeo litteras!“  
„A Cornelia . . .?“ Marcus rogat et Afra ridet: „Cornelia!“
- 24 Iam Marcus curis vacat, iam vita et amore gaudet.

1) **incitāre**: anfeuern 2) **ipse**: selbst; **ego ipse**: gerade ich; **se ipse**: sich selbst 3) **habet**: „er hat (etwas abbekommen)“, er ist getroffen 4) **Syri**: des Syrus

**T** Das Publikum (multi homines, turba) im Kolosseum reagiert lautstark auf die Gladiatorenkämpfe (vgl. das Wort- und Bedeutungsfeld im GB 6 T). Die anfeuernden Zurufe im Verlaufe des Kampfes erfolgen in ganz unterschiedlicher sprachlicher Form.

- Stelle diese Formen geordnet zusammen.
- Versuche ihre jeweilige Wirkungsabsicht zu verdeutlichen.

## V Erbarmungslose Zuschauer

1. Romani spectacula valde amant. 2. Hodie in Colosseo multi homines sedent. 3. Magno clamore imperatorem salutant. 4. Tum gladiatores intrant. 5. In arena<sup>1</sup> stant et vocant: „Ave, Caesar, morituri<sup>2</sup> te salutant.“ 6. Homines plaudunt et pugnam poscunt. 7. Cuncti gladiatores victoriam sperant. 8. Non cuncti timore vacant. 9. Pauci pugnare dubitant; tum populus iterum magno clamore pugnam poscit. 10. Multi gladiatores pugna vitam perdunt. 11. Spectatores<sup>3</sup> autem curis vacant et plaudunt.

1) **arēna**: Sand, Arena 2) **moritūri**: die Todgeweihten 3) **spectātor** (vgl. spectāre, spectāculum): Zuschauer